BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 144r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tyrum. Ibi enim nauis expositura erat onus. Inuen
tis autem discipulis mansimus ibi diebus septem. Qui paulo
dicebant per spiritum ne ascenderet ierosolimam ierusalem. Et ex
pletis diebus profecti ibamus deducentibus nos omnibus cum
uxoribus et filiis usque foras ciuitatem. Et expositis genibus
in litore orauimus. Et cum ~~ualde~~ vale fecissemus inuicem as
cendimus in nauem. Illi autem redierunt in sua. nos uero naui
gatione explicata a tyro. descendimus ptholomaidam.
et salutatis fratribus mansimus die una apud ~~eos~~ illos. Alia
autem die profecti uenimus cesaream. Et intrantes in do
mum philippi euangeliste. qui erat unus de septem. Man
simus apud eum. huic autem erant filie quatuor uir
gines prophetantes. Et cum ~~moraret~~ moraremur ibi per dies aliquod.
Super uenit quidam a iudea propheta nomine agabus. Et
cum uenisset ad nos tulit honam pauli. et alligans
sibi pedes et manus dixit. hec dicit spiritus sanctus. Uirum cuius
est hona hec sic alligabunt in hierusalem iudei. Et tra
dent in manus gentium. Quod cum audissemus. roga
bamus nos et qui loci illius erant. ne ascenderet hi
erosolimam. Tunc respondit paulus et ~~dixit~~ ait. quid
facitis flentes et adfligentes cor meum. Ego enim
non solum alligari sed et mori in hierusalem paratus sum.
propter nomen domini ihesu xpi. Et cum ei suadere non possemus.
quieuimus dicentes. domini uoluntas fiat. Post dies autem X
istos preparata ascendebamus hierusalem. Uenerunt autem
ex discipulis a cesarea nobiscum. Adducentes secum apud
quem hospitaremur. Iasonem quendam cyprium antiquum
discipulum. Et cum uenissemus hierosolimam. libenter
exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat pau
lus nobiscum ad iacobum. omnesque collecti sunt se
niores. Quos cum salutasset narrabat per singula
que fecisset deus in gentibus per ministerium ipsius.
At illi cum audissent magnificabant deum. Dixerunt
ei. Uides frater quod milia sint in iudeis qui